Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxxvii

uicerit. ad usuram non commodauerit. et amplius non accepit. ab iniquitate auferat manum suam. iudicium verum fecerit inter virum et virum. in preceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit ut faciat veritatem. Hic iustus est et vita viuet. Ait dominus omnipotens. Gradual. Custodi me domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege me. V. Oculi tui iudicium meum prodeat oculi tui videant equitatem. Sequentia sancti Iohannis. Nullo t. Dicebat iudeis ad eos qui crediderunt ei ex iudeis. Si vos manseritis in sermone meo. vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem. et veritas liberabit vos. Responderunt ei iudei. Semen abrahe sumus. et neminem seruiuimus unquam. et quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit ei iesus. Amen amen dico vobis. quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum. filius autem manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit. vere liberi eritis. Hoc quia filii abrahe estis. sed quaeritis me interficere. quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor vobis. et vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt et dixerunt ei. Pater noster abraham est. Dicit ei iesus. Si filii abrahe estis.

opera abrahe facite. Nunc autem quaeritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis. quam audiui a deo. hoc abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi et venio. neque enim a meipso venio. sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis: quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio. et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex propriis loquitur. quia mendax est et pater eius. Ego autem quia veritatem dico vobis. non creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato. Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi. Qui est ex deo: verba dei audit. In omnibus angelus dei mecum offertorium. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Secreta. Sacrificia quae domine presentibus nos saluet: que medicinalibus sunt mirifica remedia. P. Communio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio. Tuorum nos domine letificet donorum. et paratibus assolle periculis. et remunerare semper. P. Secreta Postcommunio. Oratio quae